



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Ioannes Chvzvbita Conf. 3. Octobris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

rem se esse vidit. Nudipes per testas & aspera saxorum fragmina iussus ambulare, currere etiam ad tam optatam metam gestiit. Labiis & linguâ multatus, sine labiis tamen & linguâ facundus ad concionem dixit. Casus denique securi in novos animos surrexit, horamque totam victor post mortem stetit, nec nisi à spiculatore impulsus cecidit. At non tam felici morte cædis auctores defuncti sunt. Nam & carnifex, de quo dixeramus, à malo genio correptus in vindices flammæ se ipsum immisit, mox in majores alias mittendus; & qui eadem imperaverat, Ebroinus Regiæ aulæ præfectus, gladio, quem in innocentem strinxerat, ipse nocens occubuit; & demum, qui tumultum martyris impiè calcavit, Divumq; sine miraculis injuriosè compellavit, in ipso vestigio, moriendo mendacem se falsus est, & jam miracula patrare LEODEGARIVM si non aliis, certè sibi credit. *Ex Sur.*

S. IOANNES CHVZVBITA  
CONF. 3. Octobris.

**N**ON aliud aliùs in hostem infernum vulnus descendit, quàm quod à demissi animi dextrâ venit. Miseras ad IOANNEM CHVZVBITAM Anachoretæ alter Anachoretæ Ananias nescio quem à malo genio inessum.

M m 4 Hunc

Hunc vix ita noster compellavit : (Eja-  
cedere impure te hospitio nō tuo, non  
ego sed Ananias jubet) cū verba hæc  
plena animi demissioris jam dudum  
exosus fugit ocyus hostis superbus. Et  
pepererat fama miraculi hujus IOAN-  
NI Pontificatum Cæsariensem. Ille ta-  
men mox iterum urbem cum silvis suis  
mutavit, ingens onus infulam se abje-  
cisse existimans. Secutus Divum rusti-  
cellus filium itidem ab orco agitatum  
in sportâ è tecto suspendit, & ecce ar-  
rogans iterum pulsus est inquilinus.  
Ergo igitur, ut ultum hic iret dolorem  
suum, IOANNEM præcipitè è monte  
egit. Sed qui caderet humi semper re-  
pens animus? risit scilicet veteratorem  
altiùs longè olim cadentem. Porrò sub  
ultimos vitæ annos, cū IOANNEM  
cupido cepisset Martiani viri integerri-  
mi visendi, nec tamen ob catenam, quâ  
se ipse ad carcerem suum beatum dam-  
naverat, egredi antro posset; eodem  
tempore Martianus ipse inter famulas  
calitum manus delatus adfuit; quo  
abeunte, cū animo suspicio præstigia-  
rum suboriretur, altero miraculo ruptæ  
compedes facultatè dedere specu pro-  
deundi, iterumque Martiano loquen-  
di. Ad extremum carnis etiam vincula  
exiit anno suprâ quingentesimum, vi-  
gesimo secundo, *Ex Menais.*

S. FRAN-